



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Specvlvm Monachorvm D. Bernardi, S. R. E. Cardinalis, Et Abbatis Cassinensis**

**Arnulfus <de Boeriis>  
Bernardus <Ayglerius>**

**Dilingæ, 1616**

IV. De damnabili Monachorum ad sæculum reditu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48585](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48585)

CAPITVLVM IV.

IN QVO DE DAM-  
NABILIMONACHO-  
RVM ADSÆCVLVM RE-

DITV PROBANS HVIVS-  
modi inutiles abomina-  
biles, & despe-  
ratos.



INCONSTANS autem  
pusillanimitas, mise-  
ra instabilitas, vt su-  
pra tactum est, infœ-

*Pene in-  
constan-  
tis Reli-  
giosæ.*

licem Monachum & remissum, fa-  
cit descendere in profundum vitio-  
rum, & discedere à culmine virtu-  
tum. Et ex quo in Monasterio se  
præcipitari permisit ne Diabolo  
suggerente caderet, & spiritualem  
feruorem desereret, iam idem Dia-  
bolus ipsum vt suum captiuum li-  
gat, vt de ipso sicut de suo iumento

C faciat.

faciat. Nihilque aliud restat, nisi  
 quod sicut deseruit mentis stabili-  
 tatem, ita deserat loci habitatio-  
 nem, & sanctorum societatem, &  
 exterior homo interiori confor-  
 metur, vt qui mente in mundo cō-  
 uersatur corpore ad seculum reuer-  
 tatur Et qui animo se negauit Mo-  
 nachum, relinquat exteriorem  
 habitum; sicque ipse exeat ad secu-  
 lum propria leuitate, vel expellatur  
 de Monasterio sua iniquitate, ac  
 importabilitate. Miser est talis, &  
 valde reprehensibilis. Elegerat  
 enim Religionem sibi in vxorem,  
 sensatam utique mulierem, quam  
 in timore Dei sortitus fuerat, & ei  
 tanquam bonæ adhærebat. Ab hac  
 Ecclesiast. discedere disuadet di-  
 cens: *Noli discedere à muliere sen-  
 sata & bona, quam sortitus es in timo-  
 re Domini.* Et quia verecundia est  
 S. Religionis quoddam initium, &  
 conuersatio perfectionis, conse-  
 quen-

*Vxor Re-  
 ligiosi,  
 Religio.*

*Eccle  
 7. 21.*

quenter adiungitur pretiositas huius vxoris, dum subiungit : *Gratis enim verecundia illius super aurum.*

Verum dum Monachus fuit in Monasterio, perseueravit in certaminis campo, & spes poterat esse de ipsius salutis remedio, quia victorem à victo superari sæpe videmus. Sed ex quo dimisit locum certantis, amisit honorem, coronam, & gloriam triumphantis.

Et hæc apostasia reddit eum multipliciter vilem. Primò enim vt virtutibus, & bonis omnibus debilitatum, reddit eum inutilem. *Apostasia facit Religiosum I.* Secundo vt à Deo euomitum reddit abominabilem. Tertio vt hominẽ desperatum sibi ipsi damnabilem.

Est enim inutilis ad omne bonum, & per consequens habilis ad omne malum. Ipse namque peruertitur & in vultu, & in nutu; pedes habet inconstantes, digitos imminen-

minentes & fatuitatem eius mon-  
strantes. Interius non cogitat nisi  
malum, & semper procurat iurgi-  
um. Vnde Salomon in Prouer-  
bijs talem optimè describit, dicens:  
*Prouer. 6, 12. Homo Apostata vir inutilis, peruerso  
ore graditur, annuit oculis, terit pede,  
digito loquitur, prauo corde machina-  
tur malum, & omni tempore iurgia se-  
minat. Testor me omnia ista vidisse  
in Apostata per effectus & signa.  
Sed quæ poena sequatur Apostatiam  
ex hoc poteris videre quod ibidem  
dicitur. Huic extemplo veniet perdi-  
ditio sua, & subito conteretur, nec ha-  
bebit ultra medicinam. Quia verò  
apostatate est idem quod DEVM &  
& Religionē derelinquere, in dere-  
linquendo Deum & Monachatum  
incipit superbia, quæ est principi-  
um ad omne peccatum. Vnde in  
Ecclesiastico dicitur: *Initium super-  
biae apostatate à Deo, quoniam ab illo,  
qui fecit eum, recessit cor eius, quoniam*  
*ini-**

*Ibidem  
n. 15.  
Apostata-  
re  
quid?*

*Ecclesi 10,  
34*

nitium omnis peccati est superbia. Apostata est inutilis, quia deserit viam utilitatis, & damnosus est per omnia, quia facit utilitati contraria. Vt ei & similibus conueniat quod in libro Iudicum dicitur: *Citò deseruerunt viam per quam ingressi fuerunt patres eorum, & audientes mandata Domini omnia fecere contraria.* *Iudic. 23. 17.*

Talis etiam qui viam Religionis deseruit, omne malum suggerit, & omnem malam doctrinam suscipit, vt sumatur actiuè quod legitur in Prouerb. *Doctrina mala deserenti viã vitæ.* Non est mirũ quia derelinquendo Deum & Religionem, qui habet in Religione locum proprium, deserit omne bonum. Deus enim est omne bonum: qui in Exodo dixit Moyse de se: *Ostendam tibi omne bonum.* *Exodi. 33. 19.* Istud bonum Apostata deiicit, vt de ipso quod legitur in Osee intelligi possint: *Proiecit Israël bonum.* *Osee. 8. 3.* Non est bonum

aliquod eum deserenti & mors est parata ab eo exeunti. Ad eum redire est vitam recuperare. Vita est in ipso habitare. Et qui eum relinquit eo ipso perit. Vnde Augustinus: Tale bonum est Deus vt nemi- ni eum deserenti benè sit. Idem. Deus à quo exire mori est, in quo reuiuiscere est redire, in quo habi- tare viuere est, quem relinquere idē est quod perire.

2. *Abominabi- lem.*

Est etiam mundo horribilis exi- ens claustrum, & abominabilis val- de. Namque abominabile esset participare & habitare cum homi- ne, qui diu mortuus fuisset & in monumento cum mortuis habitaf- set. Monachi autem mortui sunt mundo quorum monumentum proprium est in claustro. Ibi enim est proprium talibus habitare, & non cum hominibus mundo vi- uentibus participare. Sed quando tales per Apostasiam dimissa con- stan-

stantia mentis exeunt de huiusmo-  
 di monumentis, sc̄ui nimis ad litte-  
 ram efficiuntur, & exemplo abo-  
 minabiles sunt causæ impediētes  
 per viam pœnitentiæ ad patriam  
 transitum facientes. Et tales sunt  
 hospitia Dœmoniorum, non habi-  
 tationes Sanctorum. De talibus  
 legitur in Matth. *Occurrant ei duo*  
*habentes Dœmonia, de monumentis*  
*exeuntes sc̄ui nimis, ita vt nemo posset*  
*transire per viam illam.* Vt autem  
 prædixi spirituales viri mortui sunt  
 mundo, viuunt autem Deo: vt di-  
 cit Apostolus ad Coloss. *Mortui e-*  
*nim estis & vita vestra abscondita est*  
*cum Christo in Deo.* Cum illo autem  
 mundo morimur cum pœniten-  
 tiam vel Baptismum accipimus, &  
 nostræ sepulture monumentum. *Rom̄*  
*6. 4.* Sicut dicit Apostolus ad Romanos:  
*Consepulti enim sumus cū illo per Bap-*  
*tismum in mortem.* Sed Apostata  
 decorem quem acceperat in mo-  
 numento



numento Religionis deduxit ad horribilitatem abominationis, & fornicationibus multiplicatis, se vniuersis vitijs exponit, & prostituit ad modum meretricis. De quo potest intelligi quod legitur in Ezech.

*Ezech.*  
10. 25.

*Abominabilem fecisti decorem tuum, diuifisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas.* Et

ideo dignus est omni confusione, quia reliquit venam spiritualis vite;

*Jeremi:*  
17. 13.

sicut legitur in Ieremia: *Domine omnes qui tederelinquent confundentur, recedentes à te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum.*

Hæc vita nunquam miserum dereliquisset nisi miser ipse eam primitus dimisisset. Vnde Augustinus.

Domine nemo te amittit nisi qui te dimittit.

III.  
*damna-*  
*bilem.*

Vltimò Apostata & Monasterium dimittens qui fuerat inutilis & abominabilis, efficitur damnabilis.

Per

Per suam enim malitiam Monasterium egreditur, sed per se ipsum nullo tempore reuertetur. Ideo super talem miserum debent perfecti facere planctum magnum, sicut legitur in Ieremia: *Plangite eum qui egreditur quoniam non reuertetur ultra ad terram natiuitatis sue.* Idem; *Iste qui egressus est de loco isto, non reuertetur huc amplius; sed in loco ad quem transtulerunt eum ibi morietur.* Quod autem exitus iste sit damnabilis ad sæculum transeundo, & contra votum professionis Dominum irridendo, dicit B. P. BENEDICTVS his verbis: *Suscipiendus autem, in Oratorio promittat de stabilitate sua: & alijs interpositis sequitur; ut si aliquando aliter fecerit, ab eo se damnandum sciat quem irridet.* Nec sine causa rebus Monasterij exiit. Sed & promissio quam fecit sibi non reddetur, vnde idem S. Pater dixit: *Vt, si aliquando* (suaden-

Idem. 226  
10.

ibidem  
no 120

Cap. 58.

58 SPECVLI D. BERNARDI

*Fidelis  
consiliū.* te Diabolo ) consenserit, vt egrediatur  
de Monasterio ( quod absit ) tunc exu-  
tus rebus Monasterij proyiciatur. Illam  
tamen petitionem eius, quam de super  
altare Abbas tulit, non recipiat, sed in  
Monasterio reseruetur. Consilio igi-  
tur meo quantumcunq̄ue Diabo-  
lus Monachum tentationibus im-  
pellat, locum, Religionem, & ha-  
bitum non dimittat; secundum il-  
lud Ecclesiastes : Si spiritus potesta-  
tem habentis super te ascende-  
rit, locum tuum ne di-  
miseris.

*Eccle.  
10. 4.*



CA